



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

LXXXII. Markgraf Johann versichert die Stadt Stendal für den Fall, daß sie an ihn fallen sollte, ihrer Rechte, am 13. Dezember 1314.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

LXXXII. Markgraf Johann versichert die Stadt Stendal für den Fall, daß sie an ihn fallen sollte, ihrer Rechte, am 13. Dezember 1314.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Johannes, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, omnibus presentes literas visuris seu etiam auditoris salutem in omnium salvatore. Quum ingrata mater erroris obliuio gesta fidelium crebro diluit et annullat, nisi fuerint linguis testium vel scripturarum beneficiis perhennata; Inde est quod ad notitiam tam modernorum quam futurorum peruenire cupimus presentibus publice profitentes, nos ciuitatensibus ciuitatis Stendale uniuersis firmissime promississe, Quod si iam dicta ciuitas Stendale fortassis sub nostro dominio redacta ad nos quomodolibet deuolueretur temporibus affuturis, quod uniuersas libertates, quas a karissimis patris nostris uidelicet Ottone, Conrado, Johanne ac nostro sororio Woldemaro atque eorum progenitoribus Marchionibus Brandenburgensibus sunt adepti, eisdem ciuibus Stendaliensibus ac posteris eorundem secundum formam priuilegiorum suorum Nos nostrique successores per omnia taliter conseruare ac tenere perpetuo debeamus atque gratanter uelimus, easdem libertates presentibus confirmando, utpote nostri patris predicti ac nostri sororius predictus ipsis ciuibus suis in literis promiserunt, quas quidem memorati ciues suis literis et priuilegiis poterunt demonstrare. Nos quoque ac nostri successores uniuersi sepedictos ciues Stendalienses atque eorum successores supradictas libertates aggrauare ullis petitionibus aut importunitatibus perpetue non debemus nec volumus ullo modo. Ut autem premissa uniuersa eisdem inconuulsa perpetuo teneantur, presentes literas sigilli nostri munimine roboratas ipsis dari iussimus in testimonium et munimen presentibus nostris fidelibus Hinrico, Frederico, Gheueardo de Aluenfleue, Lodewico de Wanzleue, Henrico Scencken, Droysekino de Cröchern, militibus et quam pluribus aliis satis dignis. Datum et scriptum per manus Hermanni de Arneburgh nostri Notarii, in Spando, Anno domini M^o. CCC^o. XIII^o., die Lucie uirginis.

Nach dem Orig. des Stend. Rathsarchives No. 45.

LXXXIII. Markgraf Woldemar bestätigt dem St. Georgen-Hospital zu Stendal die ihm durch Ritter Gerhard von Kerkow zugewandten Besitzungen in Ostheren und Kl. Möringen, am 1. März 1315.

Uniuersis Christi Fidelibus, quibus presens scriptum ostensum fuerit innotescat, quod nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, propter merita et fidelitatem, quibus fidelis noster Miles Gherardus de Kerkowe apud nostram extollitur reuerentiam, dedimus et damus eidem militi liberaliter proprietatem quatuor Chororum Sitorum in Villis Ostherren et parua Moring filiginis et Ordei, quos Choros cum proprietate eorundem idem Miles reddidit prudentibus Viris Consulibus in Stendal, qui huiusmodi Choros et proprietatem in Sublevamen leproforum a Deo percussorum, qui extra communionem a facie Populi sunt Projecti, capelle dictorum abjectorum ad honorem beatorum Mauriti et beate Margarete in Salutem suarum